

No. 183. 1297. 9. Febr.

P. Bonifacius VIII. befiehlt dem Abt des Klosters zu Alzella dafür zu sorgen, dass die dem Afrastifte entzogenen Güter und Renten alsbald zurückgegeben werden — Dilectorum filiorum etc. wörtlich übereinstimmend mit No. 174. — Datum Romae apud sanctum Petrum V. idus Februarii pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.

No. 184. 1297. 9. Aug.

Probst Leo und der Convent zu St. Afra nehmen den Convent des Benedictinerklosters zu Pegau in ihre geistliche Brüderschaft unter der Bedingung gleicher gegenseitiger Leistungen auf.

Viris religiosis et sibi specialiter dilectis, C. abbati, H. priori totique conventui ecclesiae sancti Jacobi ordinis sancti Benedicti Pygaviae Leo praepositus, Al. prior totusque conventus ecclesiae sanctae Affrae in Misna ordinis sancti Augustini cum fraternitatis amore orationes in domino salutares. Legimus apostolo Jacobo in epistola canonica dicente: orate pro invicem, ut salvemini¹⁾. Hac autoritate confisi vobis et universis fratribus ecclesiae vestrae damus vicariam fraternitatis et orationum participacionem in his scriptis adiicientes, ut si quispiam fratrum vestrorum domino vocante de hoc seculo migraverit, cum literula de eius obitu conscripta ad nos pervenerit, postquam in capitulo nostro lecta fuerit, per XXX continuos dies in vigiliis et in missis animarum eius memoriam peragemus tanquam unius de ecclesia nostra fratris, adiecta conditione ut in vestra ecclesia similiter nobis fiat. Et ut haec vicaria fraternitas rata apud vos habeatur, praesentem paginam capituli nostri signaculo consignavimus. Datum anno domini M. CC LXXXVII. in vigilia beati Laurentii.

Nach einer Abschrift in Ursini dipl. Afr. II. p. 121.

1) Jac. 5, 16.

No. 185. 1297.

Zwölf Bischöfe verleihen für eine grosse Anzahl von Festtagen und deren Octaven denen, welche die Afrakirche bussfertig besuchen und sonst zu dem begonnenen Neubau derselben beitragen, Jeder 40 Tage Ablass.

Universis sanctae matris ecclesiae filiis, ad quos praesentes litterae pervenerint, nos dei gratia Philippus Salernitanus archiepiscopus, Romanus Croiensis, Stephanus Opidensis, Johannes Capaduaquensis, Sabbas Milicensis, frater Lambertus Veglensis, Franciscus Senogaliensis, Ciprianus Bonensis, Jacobus Acernensis, Maurus Amiliensis, Hubertus Feretranus, Petrus Baionensis episcopi salutem in domino sempiternam. Licet is etc. Cupientes igitur ut regularis ecclesia sanctae Affrae Misnensis congruis honoribus frequentetur et a cunctis Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in festis subscriptis, videlicet natiuitatis domini, resurrectionis, ascensionis et pentecostes, in singulis festis beatae Mariae virginis, sancti Michaelis archangeli, sancti Johannis baptistae et Johannis evangelistae, omnium sanctorum, singulorum apostolorum, sanctorum Nicolai et Martini